



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Barcinonense In Qvo Leges Gothicæ, Qvibvs Catalauni  
vtebantur, plane sunt abrogatae, anno Domini MLXVI. tempore Alexandri  
papæ II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

ANNO CHRISTI 1064. simoniæ, quod ei imputatum fuerat, se adhibito iuramento expurgasse, Otto Frisingensis negare videtur: qui cum agit de eiusmodi accusatione Romanam missa ab Henrico rege, nihil habet de accusacione criminis simoniæ, quo postulatum referunt Alexandrum: sed ipsum regem eius delicti reum constitutum affirmat, eaque de causa eiusdem pontificis literis Romanam esse vocatum. Et quamquam certo ignoretur quæ post hæc in Synodo gesta fuerunt, tamen hoc omnes affirmant, Cadaloum in eadem condemnatum fuisse. Tradunt enim omnes scriptores eius temporis, quod his duobus Conciliis condemnatus militem armauerit, Vrbemque aggressus, ut Alexandrum a sede Petri exturbaret, contumeliose pulsus & vietus fuerit, paucisque post diebus quam ab Alexandro veniam petiisset, & imperasset, malam mortem incurserit. Vide epistolas Alexandri ad Geruasium Rhemensem archiepiscopum. Baronius anno 1064. numero primo & sequentibus.

Cadalous  
pseudopapa iterum  
condemnat,  
post vernam peti-  
tam, male  
obit.

CONCILIVM BARCINONENSE  
IN QVO LEGES GOTHICÆ, QVIBVS  
Catalauni vtebantur, plane sunt abrogatae, anno Domini  
MLXIV. tempore Alexandri papæ II.

N O T A.

\* *Concilium.*] Episcopi Hispani, qui Mantuano Concilio interfuerunt, reuersuri in Hispanias, duxerunt secum ab Alexandro papa decreta legatum a latere Hugonem cardinalem, cuius auctoritate Barcinone hæc Synodus congregata fuit, in qua leges Gothicæ, quibus Catalauni vtebantur, penitus abrogavit, nouisque sanxit, quibus populus hactenus vtitur. Ut autem titus Gothicæ in sacris adhiberi soliti abrogarentur, ab illis obtinere non potuit, nec cogere voluit, cum iidem in Concilio Mantuano catholici esse cogniti fuissent. In eadem Synodo Alexander papa tamquam germanus pontifex est receptus: Cadalous autem communibus omnium votis est condemnatus. Baronius predicto anno, numero 42.

Causa &  
aëta Con-  
ciliis.

ANNO CHRISTI 1065. CONCILIVM ROMANVM II.  
CONTRA INCESTVOSORVM HÆRESIM  
celebratum anno Domini MLXV. tempore Alexandri  
papæ II.

N O T A.

\* *Concilium.*] Hoc tempore hæresis Incestuosorum a quibusdam Incestuo-  
iureconsultis excitata atque defensa est, qui auctoritate Iustiniani si hæretici  
P p p iij